

Data in Isenacho anno dominice incarnationis M. cē. xxx., indictione ii., xiiii. kalendas februarii.

(SD.)

426.

*Markgraf Heinrich dotirt das von Otto und Bodo, Vögten von Eulenburg, gestiftete Kloster 5  
Mühlberg. Grimma, 1230 Jan. 21.*

*Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 296, Chart. monast. in Mühlberg (Saec. XV) fol. 4 und Bestätigung von Bischof Heinrich von Meißen 1234 Febr. 28 (Or. Dresden No. 317). S., an grünen und gelben Seidenfäden, = Taf. III. 5.*

*Ann.: Mühlberger Handl. Vergl. Posse, Lehre von den Privatrk. 27.*

10

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio. Quoniam ea, que ex ordinatione mortalium procedunt, | caduca sunt et minus firma, et processu temporis ab humanis tolluntur mentibus per oblivionis scrupulum obfuscata, necesse est ea scriptis con|mendari et honestorum virorum testimonio comprobari. Noverint igitur tam presentes quam postere<sup>a)</sup> nationes, quod fideles nostri 15 Otto et Bodo | advocati de Ilbure a nobis petiverunt humiliter et devote, ut ecclesiam sanctimonialium Cysterciensis ordinis in proprietate nostra Mülebere, quoniam a nobis iure feudali tenuerunt, ipsis fundare liceret nostro consensu ac benivolentia accedente. Nos vero pie petitionis affectum pia mente suscipientes pro remedio anime patris nostri Teoderici quondam Misnensis et Orientalis marchionis nec non etiam pro nostra salute 20 petitioni ipsorum assensum prebentes favorabilem et benignum ad honorem et laudem nominis eius, qui cuncta creavit, et ob reverentiam sancte dei genitricis semperque virginis Marie celitus inspirate satisfacimus voluntati. Ut autem, quod verbis indulsumus, videremur opere confirmare, eidem ecclesie duo allodia Boynz et in Brotewiz, insuper quinquaginta marcarum redditus annuatim de nostra proprietate, prout deus providerit 25 et se locus obtulerit oportunus, eiusdem loci provisoribus de consensu coheredis nostri T[h]eoderici] comitis de Brenen sine nostra et omnium successorum nostrorum contradictione proprietatem libere conferentes iure concessimus perpetuo comparare, de quibus habentur due ville Meinarstiz cum foresto adiacenti, Niendorp et unum allodium, quod Closteren appellatur, villa Luckowe cum allodio, Wencendorp, Buckendorp, Tresecowe cum stagno 30 adiacenti, in villa Kowerstiz quatuor mansi quadrante minus, pratum<sup>b)</sup> quoddam iuxta Vscheiz plenam eisdem tribuentes potestatem de hiis et de omnibus, que exinde poterunt provenire; item plateam unam a cimiterio sancti Leonardi usque ad parvum vicum piscatorum quinque curias continentem, quarum due Iohannis de Paeh et Gelfradi militis a latere curie prepositi sunt site, curiam etiam Bodonis felicis memorie cum proxima 35 sibi contigua domine videlicet de Trebecin, aliam quoque curiam adiunctam cimiterio memorato dono adiecimus supra scripto, ne in posterum mutata honestorum forsitan